

filiam duxit uxorem. nec diu postea comparatis auxilijs
regnum vendicauit. De proditorib⁹ supplicium sumpsit.
Mulieris vidue filios ⁊ honorib⁹ ⁊ opibus inter primos
regni proceres cumulauit. Quorum adhuc alterius viuie
filius Ladislaus Barius comes regni palatinus. Multa
huius Sigisnūdi egregia facinora memorie prodita sunt
Inter que illud preclarissimū: Quod ecclesiam catholicaz
in tris partes diuisaz coacto apud Constantiam generali
concilio ad vnitatem redegit. Italiam. Galliam. Hispani-
niam. Angliam hūc rei causa pagrans. Ciroldo Litua-
uie duci. vt se regē appellaret missa corona indulsit. Prius
tamen ille vita decessit quaz solennia coronationis exple-
ret. Prussiam quā rex Polonie fratrib⁹ beate Marie theu-
tonicoz armis ademerat restitui iussit. Cum veneris duce
Pipone florentino graua bella gessit. Venceslaū Bohe-
mie regem germanum suū q^o regno inutilis esset coniecit i
vincula. quāuis negligentcr custoditū magno rei pu. ma-
lo quidam Bohemi e carcerib⁹ surripuerint. Coronā im-
perij ab Eugenio quarto pont. Max^o Rome accepit. Bo-
hemia post multas calamitates vix tandem potius est.
Marchiam brandenburgensem Friderico burgraffio Qu-
renbergensi dono dedit. filiam Elisabeth ex Barbara na-
tam Alberto duci Austrie in matrimoniū copulauit. Illiq^o
demū apud Zuoymam Morauie ciuitatem morientis: re-
gna quib⁹ p^ofuera vltima voluntate reliquit. ossa eius in
Geradino iacent. Albertus apud Albam regalem cū con-
iuge coronatus Bohemie quoq^o dyademe suscepit. Cui⁹
felicitatem admirati. Germanie principes. ⁊ ipsi suū san-
guinem extollere decreuerunt. Romanū ei committentes
imperij. Ad Alberto suscipere non licebat. nisi primores
Hungarie indulgerent. Quibus haud ex vsu videbat suū
regem Theutonib⁹ impare atq^o ob eam causaz iureiurādo
Albertum obligauerant. ne suo iniussu imperij acceptaret

regnum dicitur

con-
stantiam

coronā ab Eugenio

quarto pont. Max. Rome accepit.

Bohemia post multas calamitates vix tandem potius est.

Albertus apud Albam regalem cū coniuge coronatus Bohemie quoq^o dyademe suscepit.